

Auctorem habet Affile peculiarem Rutilium Scotti, cuius manu scriptum extat volumen Romae in bibliotheca Chisiana (J I 23, olim 780) sub titulo *Descrittione et historia della abbazia di Subiaco illustrata da Rutilio Scotti Affilano, pittore e cosmografo . . . data in Affile sotto l'anno*

*del 1615*, excussum in meum usum a Christiano Huelsen, quo volumine et Afilanae inscriptiones continentur infra editae paene omnes et Trebanae n. 3448. 3449. 3453. 3455.

**3442** cippus. Afili in abbazia Sublacensi LIBER SABINENSIS. *File, terra d(e)i Latini* LIG. Nel muro di facciata della chiesa parrocchiale di Afle COST. et adhuc. — Praeneste PIGH. SMET.

L · AFILANO · L · F ·  
AN PROVINCIALI  
EQVO · P · ORNAT ·  
L · VPERCO · DESIG  
5 HVIC · ORDO STATV  
AM · DECREVIT  
L · AFILANVS VERECVN  
DVS · H · V · S · R  
L · D · D · D ·

Descripserunt de Rossi et Detlefsen, contuli ipse. Liber Sabinensis Manutii f. 54 (inde pendet exemplum editum a Grut. 347, 10 'ex Ursini autographis'); Ligorius Neap. l. 35 p. 200 (inde Panvinius cod. Vat. 6036 f. 27'); Pighius cod. Luzac. p. 193 (ab hoc Lipsius ms. f. 17') eodemque exemplo Smetius cod. Neap. p. 148 (inde Panvinius Rom. p. 323; ex hoc Ligorius Taur. 26), apud Waelscapplium f. 97, ed. 80, 10,

ubi dicit accepisse se ab amicis (inde Grut. 347, 6; ex hoc Suaresius Praen. p. 63; ex Suaresio Kircher Lat. p. 109, Vulpi Lat. 9 p. 269, Ceconi p. 66, Petrini p. 316 n. 10); Rutilius Scotti cod. Chis. f. 40 iterumque f. 82; Giorgi sched. Casanat., cui exscripsit ab. Lucas Nicolaus Peulius(?) a. 1734; Gallettius apud Marinium cod. Vat. 9120; de Costanzo, qui vidit anno 1773, *scrittori e monumenti risguardanti S. Rufino* (1797) p. 144; E. Q. Visconti cod. Par. Lat. 9697 f. 85; Nibby *analisi* 1 p. 40 (inde Gori *giornale arc.* vol. 191, 1866 p. 63 = *le vere sorgenti dell'acqua Marcia* p. 41); Marocco 10 p. 73; Orelli 2251 cum add. Henzeni.

1 AELIANO, 5 DECVRION vocabulum (post ORDO) inserunt, 7 AELIANVS Pigh. Smet. male. — 8 id est *h(onore) u(sus) s(umptum) r(emisit)*, pater scilicet sumptum statuae filio puero decretae. — Verba LVCIVS AFILANVS LVPERCVS (sic ms.) vel L·LVPERCVS AFFILANVS (sic ad. Cluv.), quae affert Holstenius ms. (cod. Dresd. F 193 f. 9') et annot. ad Cluverium p. 204 ex inscriptione reperta, ut dicit ad Cluv., Affile vel, ut habet in schedis, inter Affile et Trebam loco dicto Arsi-naccio, sine dubio ex huius inscriptionis v. 4 et 4 fluxerunt.

**3443** cippus marmoreus. In ecclesia Afilana muro insertus FABR. Extat Affile in latere ecclesiae sub turri campanaria muro immissus.

M · VALERIO  
A D M E T O  
VIATORI · PR · ET  
C O S  
5 SEVIRO · AVG  
F E C I T  
VALERIA · M · F  
Q V I N T A  
PATRI · PISSIMO · ET  
10 VALERIA · SYMPHERVZA  
CONIVNX

Descripsit Detlefsen, recognovi ipse. Rutilius Scotti f. 46; Fabretti 410, 349 (inde Vulpi Lat. 10 p. 667); cod. Marucell. A 195 (Gorii) manu ignota; Giorgi sched. Casanat., cui exscripsit ab. Lucas Nicolaus Peulius(?) a. 1734; de Costanzo *S. Rufino* p. 146; E. Q. Visconti cod. Par. 9697 f. 85; Nibby *anal.* I p. 39; Marocco 10 p. 74. Henzen n. 6573.

3. 4 viatori pr(aetorum) et co(n)s(ulum).

**3444** cippus marmoreus. Afile in platea humi stratus GIORGI. Ibi hodie quoque iacet. Ipse cippus integer est, sed scripturae maior pars evanuit, aliqua pars (5 fin.) fortasse nunc in terra latet.

<p>ego:</p> <p>///ERRIO //EN/// ///I/// ///NO/// 5 ///RITA EIV //ONI/// ///AERIC/ / D //</p>	<p>Giorgi:</p> <p>...RITA EIVS... ...VRIONES ET S... ...AERE CON... ...D · D · D ...</p>	<p>Nibby:</p> <p>///ERRIO C F //EN ///DA //ONOR //RITALIVS //ONETALIS //AEN P CON //D</p>	<p>Marocco:</p> <p>..... ....TIBERIO... ....EN ....IO AVGVSTO... ....RITALIVS... ....ON... ....AENEO...</p>
--	--	---	---

Descripsi. Ante me descripserunt Lucas Nicolaus Peulius (?) apud Giorgium sched. Casanat., sed solos vv. 5—8; Nibby *anal.* 1 p. 41 (inde Gori *giornale arc.* vol. 191, 1866 p. 64 = *delle vere sorgenti dell'acqua Marcia* p. 42); Marocco 10 p. 73.

Ex exemplis superioribus solum Giorganum adhiberi debet. Agnoscuntur haec, v. 5 [ob *merita eius*, v. 6 [dec]uriones et seviri?], v. 7 [ex] aere con[lat]o, v. 8 [l.] d. d. d. — Ante reliquias nominis (ERRIO) in v. 4 spatium olim scriptum nunc vacuum tribus litteris sufficere mihi videbatur.

**3445** piedistallo a capo della piazza et hora fabricato nella parete della chiesa SCOTTI. Extat basis lapidis calcarei Afle muro inserta ibi ubi n. 3443.

DECREVERVN  
L D D D  
DEDICAVIT  
..idVS MAIAS  
5 aeMILIANO · II a. 249  
et aQVILINO COS

Descripserunt de Rossi et Detlefsen, recognovi ipse. Rutilius Scotti Affilanus cod. Chis. f. 40' imperfecte (cf. infra); Giorgi sched. Casanat., cui descripsit Lucas Nicolaus Peulius (?) mense Oct. 1734; Nibby *anal.* 1 p. 39.

3 DICAVIT vel DEDICAVIT etiam priores; certe non videtur fuisse DEDICATA. — Scotti sic exhibet: DICAVIT | MAIA | L·D·D·D.

**3446** Afle nella porta di una bottega prope ecclesiam.

Q  
C  
TV  
L C  
5 Q C

Descripsi m. Sept. 1881.

**3447** fistulae plumbeae duae rep. anno 1860 inter rudera vulgo appellata palazzo di Nerone, al lato nord-ovest della pianura d' Arcinazzo sotto Monte Tuino in territorio di Ponza GORI, et quidem vicino alla torre elevata su queste ruine e verso il fosso, deinde Romae apud Thom. Lupi advocatum.

IMP CAESARIS NERVAE TRAIANI  
OPTIMI AVG GERMANIC DACICI

Gori *giornale arcadico* vol. 191, 1866 p. 31 = *delle vere sorgenti dell'acqua Marcia* p. 9.  
1 fin. ANI litteras in altera ex fistulis periisse, 2 T in OPTIMI in neutra superesse adfirmat Gori.